



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VIII. De linguâ malignè consulente, simul dictum illud explicatur,
Consilium malum consultori pessimum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

1. Notandum: Di-
cteria per
ludâ pro-
lata gravi-
simè puni-
ta.

Ad Tit. c. 3.
vers. 1.

2. Oris
moderatio
in sanctis
viris.

Iob cap. 2.
vers. 9.

Levit. c. 24.
vers. 15.

Eus. lib. 4.
hist. Eccles.
cap. 15.

3. Bonitas
Dei & pa-
tientia cer-
ga blasphe-
mos.

Psal. 49.
vers. 20.
Eccles. cap. 5.
v. 4. & 7.
Eph. para-
nesi 43.

August.
tract. 17.
in Iob.
4. Pauci
linguâ bla-
sphe-
mant,
vitâ autem
multi.

EX dictis observandum primò, quâdam subinde dicta videri nobis jocularia, quæ tamen blasphemis proximè accensentur. Regis Sennacheribi milites dicebant, Deus Hebræorum non est vallium, sed montium dumtaxat Deus: hoc illis futilis jocus videbatur, sed ob hanc oris temulentiam, ad interneccionem omnes cæsi sunt. Ejusmodi complura sunt dicteria, quæ leviter & per ludum prolata, gravissimè puniuntur. Ideo Paulus ad Titum: *Admone illos, inquit, principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare.* Hieronymus: *Abolute neminem, inquit, non tantum non Deum, sed nec Angelum, nec hominem, nec ullam rem creatam: omnia quippe quæ à Deo facta sunt, valde bona sunt.*

Observandum secundo, complures sanctissimorum virorum maluisse omnia potius perpeti, quàm vel voculam unicam contra Deum edere; nullis tanta calamitas est visa, quæ vel verbulum extorqueret liberius in Deum jactatum. Iobus extremis mergebatur angustis, ferrea super eum stabant nubila, solati aut spei nihil affulgebat, diabolus ipsam etiam conjugem in illum immittebat quæ diceret: *Benedic Deo, & morere.* Perinde si dixisset: *Execrare Deum, & transi ad plures.* Credidit forsitan maritum vitâ privandum, si Deo malediceret. Et tamen tam calamitoso nec verbulum excedit impatientius. Utinam & inter Christianos, cum calamitibus exerceantur, hæc oris moderatio vigeret: Est cum audias contrarium. Egroti subinde tam impares sunt ferendis doloribus, ut dicere non vereantur: Nunquid me sibi Deus metam posuit, ad quam omnes sagittas suas ejaculetur? si vivos homines gloriissem, tantum supplicii vix meritis essem: crediderim mei penitus oblitum esse Deum. Cavete, Christiani, cavete: improbi sunt hi latratus in divinam providentiam. *Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum.*

Tarsensis Paulus quid laboris & periculorum non subiit, quoties vinculis & plagis multatus, quoties gravissima quæque passus, & quotidie pæne, ipso teste, mortuus, non tamen quidquam blasphemii protulit, sed illud cum ingenti fiducia læpius dixit: *Gaudeo in passionibus meis: non solum, sed & gloriamur in tribulationibus.* Polycarpus, Apostolorum ævo sanctissimus martyr, in more positum habuit, ut hæc lingue probra audiens diceret: *Quibus, mi Deus, temporibus me referasti? talia ego in te dici audiam.* Cumque ad ignem damnandusurgeretur, ut si vitam veller salvam, Christum malediceret; in hæc verba respondit: *O octoginta & sex annis ipsi servio, & nihil me unquam læsit, quomodo ergo possim maledicere regem meum qui salutem mihi dedit?* Ita flammæ constantissimè tulit.

Observandum tertio, quanta Dei sit bonitas & patientia. Innumeras Deus quotidie blasphemias audit, & tamen fulminantem dextram continet, Angelos conditoris injuriam vindicare paratos cohibet, incredibili longanimitate penitentiam expectat. Pone hominem vel mitissimum in folio tam sublimi, nec ad horam ultionis fulmina continebit tam gravibus injuriis lacessitus. Deus tacet & dissimulat. *Hæc fecisti, dicit, & tacui.* Ideo graviter monet Siracides: *Ne dixeris, peccavi, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor, & in peccatores respicit ira illius.* Hoc sensu beatus Ephrem: *Quosque tandem, inquit, exacerbamus eum qui tanta nobis bona donavit?*

Observandum hîc quartò, quod Augustinus æquissimâ censurâ perstringens: *Rarò jam inveniuntur, inquit, qui linguâ blasphemant, sed multi qui vitâ. Oras fortan, & Deo gratias agis, at cibo potuque te farcis, Ecclesiæ leges negligis, quod Deus præcipit, omittis; voce laudas, vitâ blasphemias.* Non alter ac si duo musci conve-

niant cantaturi, quorum alter quidem quia sobrius, et arte admodulatur, alter verò quia ebrius, inconditè & omnibus Musis averis canat, concentus erit planè absurdus & fædè dissonus. Ita nos læpius: preces nostræ in templo bonæ sunt, hic Angeli sumus, & dulce modulamur; at facta nostra domi pessima sunt, hic philantropi ebrii absurdissimè canimus, aut potius ululamus. Optime Tobias: *Maledicti erunt, inquit, qui contempserint te, & blasphemaverint te.* Ergo, mi Deus, nomen tuum ab omnibus sanctificetur.

C

CAPUT VIII.

De Linguâ malignè CONSVLENTE: simul dictum explicatur, Consilium malum consultori pessimum.

Idorus, omnia quæ loquimur, hoc discrimine judicari æstimanda. Aut enim bonum bene loquimur, aut malum malè loquimur; Aut bonum malè, aut malum bene proferimus. Bonum bene narramus, si, ut Paulus præcipit, *quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bone fame, si qua virtus, si qua laus discipline,* in sermonem adducimus, idque submissè, reverenter, modestè. Malum malè in verba digerimus, cum flagitium suademus, cum ad improbitatem impellimus; hic res & voces detestanda. Bonum effertur malè, cum decentia quidem, sed arroganter, sed volentibus & fastuosis vocibus proloquimur, cum ampullamur, & sequepedalia verba jactamus. Nam etsi quis nullum & rosas loquatur, si verbis desit modestia, & nullum & rosas evanescant. Malum bene profert, qui de vitis disserit, & sordidas ineptias crepat, sed vocabulis utrunque honestis utitur. Pleraque vitiosæ lingue hæc sermonis varietatem omnem exprimunt, id solum nesciunt, bonum bene commemorare. Inter linguas vitiosas summæ auctoritatis est Malignè CONSVLENS: hæc enim non turgida tantum & casas, sed curias, palatia, regumque cures inquit. Maximorum malorum mater est lingua hæc, nulli non solum perit, sed & sanctè optimæque fide gubernetur. De hac igitur Linguâ malignè CONSVLENTE dissimulamus, illudque cumpremis explicandum: Consilium malum consultori esse pessimum.

§. I.

Volentissimè dixit Siracides: *Facienti nequissimum consilium, super ipsum devolvetur, & non agnoscat malum suum.* adveniat illi. *Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet &c. & qui foveam fodit, incidet in eam: & qui statui lapidem proximo, offendet in eo; & qui laqueum alii ponit, peribit in illo.* Quisquis ergo principi, quisquis regi, imperatori malum suggerit consilium, in sublime jactat lapidem; sed caveat, recidet lapis, & suæ foris caput feriet: foveam effodit, sed primus illam implebit. Consilium malum consultori pessimum. Atque hoc sapienter & verè videtur Hesiodus dixisse, *Malum consilium rem pessimam esse consulenti.* Erit enim Numinis permisso (quod iterum ac sepius testata est experientia) ut mala consilia in auctoris perneciem verrant, & unde fraus profecta est, illuc eum damno revertatur, quod secentis testimoniis firmari potest.

Cum in Pannoniâ Solimanus Hercoliam urbem, seu, Budam ab incolis desertam occupasset, acceperat vitæ strenuus & exactæ fidei Thomas Nadastrus defendit, & servasset etiam, ni turbasset miles, clamassetque deditionem. Nam cum Nadastrus solus peristeret in fide, milites arreptum vinxerunt, & in carcerem contraherunt, arcem

arce[m] dederunt hosti. Promiserat quidem Soliman-
nus militi securum abitum castro tradito: at auditâ hac
in ducent levitâ; omnes trucidari iussit, ducent è vin-
culis abire salvum. Quam luculenter de his talibus præ-
dixit regius vates: *In laqueo isto quem absconderunt, com-
prehensus est pes eorum: cognoscetur Dominus iudicia faciens.*
Consilium malum consultori pessimum.

Marius, tyrannorum septimus ævo Gallieni Cæsaris,
mo die factus Imperator, altero visus imperare, tertio
occisus est à milite, qui illum gladio confodiens: Hic est,
inquit, gladius quem ipse fecisti. Fuit enim Marius an-
tea macharopæus. Nimirum faber quas fecit compe-
des, gestavit.

Non minùs suis artibus petiit Regis Longobardo-
rum Alboini conjux, Rosimunda. Hæc marito eadem
machinata est ob hanc causam. Alboinus Veronæ in
convivio jam hilarior, merum propinari iussit è poculo
quod craneum fuit Chunimundi, qui pater fuerat regi-
næ. Illa parentis necem aliis admittens animo, & vin-
dicatura, Helmigem & Peredeum in Alboini necem
instigavit. Post mariti eadem, Helmigi juveni ejus gen-
tis nobilissimo impiè nupsit, regnum illi astruere cona-
ta. Ceterum spe suâ decepta, Verona Ravennam secun-
do Atheli aufugit cum gazâ regiâ & sponso. Hic illa no-
vo connubio Longini Exarchi pellecta, venenum priori
sponso miscuit, obtrulitque è balais egresso. Sensit ille
confectum poculo nondum epoto, pestem membris re-
ceptam, placidèque in conjugem conversus: Tu, inquit,
quod reliquum est, bibe. Negat illa se potu egere, ac
quò acutius recubabat, cò juvenis impensius id polcere,
& jam minas hortationibus miscere ac ferrum intentare.
Tum illa metu subacta, et si conscia veneni, hausit ta-
men poculum à se dilutum, atque una cum eo extincta
est. *Lacum aperuit, & effudit eum, & incidit in foveam quam
fecit.*

Idem ille, quem dixi, Imperator Solimannus in expu-
ghandâ Rhodo, operâ proditoris usus, cui post partam
victoriam, filiam cum dote grandi spondit. Vicit, at
pactis sic stetit. Filiam produci iussit ornatisissimam, &
ad hominem: Vidēsne, inquit, quod pepigimus? at mali
conjuges eritis, nisi tu intus & in cure Musulmanus, hoc
est, fidelis sis. Quare, non tantum tuus tibi Christus ne-
gandus, sed pellis etiam Mahumetana est inducenda. Et
mox misero eutem diripi, sic excarnificatum in lectum
sale conspersum abjici iussit. Inter hæc tormenta exha-
lavit infelix. In hunc etiam vaticinium Davidis aptissime
cadit: *Convertetur dolor ejus in caput ejus: & in verticem
ipsius iniquitas ejus descendet.* Consilium malum consultori
pessimum.

Explicitissimè dixit Salomon de Linguâ tam mali-
gnè Consulente: *Suis consiliis saturabitur.* Tarpeja Ro-
mana virgo; Capitolium Tarpeji patris custodia com-
missum proditura Sabinis, in mercedem petiit quidquid
sinistris brachiis gestarent, armillas intelligens, quas illi
aureas gemmataque levo brachio ferebant. Annuerunt
illi, jamque arce Capitolinâ potiti, virginem armillarum
& securorum congestu obruerunt & necarunt. Aurum
& armillas appetiisti, en auri affatim est; saturare tuis
consiliis. Ita Senonum dux Brennus, Demoniam mu-
lierem, quæ aviditate monilium, quibus ille spectabilis
erat, Ephesum illi prodidit, urdem ingressus jam victor,
tanto auro feminam oneravit, ut studio vivam oppres-
serit. Ergo, & tu, ò misera, tuis consiliis saturare. Omnis
in te felicitas convolat, votorum tuorum summam attri-
gisti, imbres tibi fluunt aurei, excipe, saturare. En etiam
feminas habemus testes, Consilium malum consultori
esse pessimum.

§. II.

Dionedes Rex Thraciæ suis equis hospites suos ap-
ponebat laniandos (si fides Tragicis) demum &

A ipse ab Hercule laniatus datus est illis ipsis convivis. Ita
supplicium, quod in alios fuerat commentus, multò ju-
stius ipsemet expertus. Huic rectè jungitur Perillus *Valer. lib. 9.
cap. 2. inter
externa.
Plin. lib. 34.
cap. 8. ante
finem.*
Atheniensis, ænei tauri sævus inventor, qui execrabilem
illam machinam ex ære sic fabrefecit, ut eâ inclusi sub-
ditis ignibus, longo & abdito cruciatu mugitus edere
cogerentur, ne illorum ejulatus vocis humanæ sono ex-
pressi, Phalaridis tyranni misericordiam implorare pos-
sent. Sed tanta dicitatis ultio nihil cunctata est. Nam
ipse artifex bove hoc æneo inclusus, tam detestabile ar-
tis suæ opus, sui supplicio primus imbuat, & mugit ut
bos, qui hominem inventu tam crudeli exuerat. Ita
oportuit, ut Consilium malum consultori esset pes-
simum. Quod Claudianus, ille poetarum ocellus, elegan-
ti expressit metro:

*Quam bene dispositum terris, ut dignus iniqui
Fructus Consilii primis auctoribus instet!
Sic multos fluvio rates arente per annos,
Hospite qui caso monuit placare tonantem
Inventis primum Bufiridis imbuat aras,
Et cecidit savi, quod dixerat, hostia sacri.
Sic opifex tauri, tormentorumque repertor
Qui funesta novo fabricaverat æra dolori
Primus, in experto Siculo cogente tyranno
Sensit opus, docuitque suum mugire juvenem.
Nullius Eutropius, quam qui se protulit ante,
Direptas possedit opes, nullumque priorem
Perculit exilio; solumque hoc ritè peregit,
Auctorem damnare suum.*

Agrippina Neronis mater tot flagitiorum consultrix,
extremum & ipsa filii sævitiam perpeffa est, suis saturata
consiliis. Sic Justina Imperatrix, quæ sacerdotibus exilia
& desertissimas insulas minabatur, post varios eventus
cum filio in fugam versâ, exilium prima ipsa, quod aliis
intentabat, coacta est tolerare. Ita Euthymius Ambro-
sio exilium paravit, domo juxta templum ad id condu-
ctâ, & currum ad Ambrosium repente abducendum dis-
posito. Tandem elapso anno Euthymius ipse, eodem
profus die, quo Ambrosium abripere cogitabat, & ex
eadem domo, eodemque currum exilium deportatus
est, ipso nihilominus Ambrosio victis necessaria submi-
nistrante. O infelix Euthymi, lacum aperuisti & effodi-
sti, & incidisti in hanc ipsam foveam quam fecisti. Hoc
uno tamen felix es, quod eum nunc altorem amicissi-
mum experiaris, cui tamdiu insidiabaris ut hosti.

Anno millesimo octogesimo quarto Henricus III.
Imperator debebat Romæ. Hic in Aventinum montem
se recepit, ubi beatæ Mariæ Virginis ædem frequenta-
bat. Invitatus loci opportunitate homo nefarius è ple-
be, qui necem Imperatori moliebat, prægrande saxum
in transeuntis caput devolvere cogitabat. Sed dum
occasionem captat, dum saxum parat movetque, ipse
cum saxo præceps devolvitur, & occumbit. In hunc
longè verissimè Siracides pronuntiavit: *Et qui voluit la-
pidem, revertetur ad eum.* Huic tali meritò precatur regius
psaltes: *Veniat illi laqueus quem ignorat, & capto quam abs-
condit, apprehendat eum.* Nempe malum consilium con-
sultori pessimum. Et hujus quidem dicti originem No-
ctium Atticarum scriptor sic recenset. Statua Horatii
Coclitis in Comitio Romæ posita de cælo tacta est. Ob
id fulgur piaculis luendum haruspices ex Herrutiâ acci-
ti, inimico atque hostili animo in populum Romanum,
instituerant eam rem contrariis religionibus procurare.
Ideo statuam illam suaserunt in inferiorem locum per-
peram transponi, ubi eam sol oppositu aliarum ædium
nunquam illustraret. Quod cum ita fieri persuasissent,
delati ad populum proditi que sunt; & cum de perfidiâ
confessi essent, necati sunt: constituitque eam statuam,
proinde ut verè rationes post comperta monebant, in
locum editum subducendam. Tunc igitur, quod in He-
trioscos haruspices, malè consulentes animadversum
vindi-

*Baronius &
Spondanus
anno 387. &
D. Paulino,
qui vitam
Ambrosii
scripsit.*

Prou. c. 26.

vers. 27.

Ps. 34. v. 8.

Gellius l. 4.

Not. Attic.

cap. 5.

vindicatumque fuerat, versus hęc scire factus, & à pueris Romæ urbe tota cantatus est: Malum consilium consultori pessimum est.

Plin. lib. 35. c. 10. meo fere. Apelles, ille pictorum Deus apud Ptolemæum regem gratia parum valuit. Sciverunt hoc amuli, & fraude subornant sycophantam qui Apellem ad regis Ptolemæi cenam vocaret. Stetit se invitatus conviva, adfuitque tempore, cum rege, ita putabat, cenaturus. At Ptolemæus rex convivam non vocatum mirari, frontem contrahere, indignari, demum interrogare: Ecquis ad mentem vocasset? imò & vocatores suos ostendere, ut diceret à quo eorum invitatus esset? Apelles cum illorum neminem reum cerneret, carbonem è foculo extincto arripuit, & imaginem in pariete delineavit, eaque arte sycophanta vultum expressit, ut Ptolemæus ex inchoato protinus agnosceret, quem hominem designaret. Ita detectus impostor in casses incidit, quos alteri tetendit. Consilium malum consultori pessimum.

§. III.

Carden. lib. 31. de rebus variis. cap. 53. Atque ut incepto persequemur, Hieronymus Cardanus rem inauditam narrat hoc modo: Antuerpiæ inter duos contentio fuit; alter nomen habuit Simon Turca, ille Joannes Baptista Deodatus. Rixa inter eos suborta, à verbis uterque ad ferrum & arma profiliit. In pugna Simonem Baptista secundum faciem vulneravit. Conditis demum gladiis, amicos se fore promiserunt, sed simulatâ pace. Non multo post tempore Baptistam Simon qui læsus fuerat, in hortum suburbanum, amicum sanè viridarium invitavit. Prius autem cathedram illic seu sellam collocavit, eo artificio factam, ut quantum aliquis sessum se recepisset, sella sponte clauderetur, & sessorem arcè undique constringeret. Baptista Deodatus à fraudis suspicatus, insuper humanissimè invitatus, ejusdem commercii nomine (nam ambo erant Lucenses, ambo mercatores) in hortum exiit. Simon hospitem honoris causa priorem sedere jussit. Paruit, sedit. Mox vinculis ferreis undique constrictus, unde subsidium peteret, non habebat. Simon stricto gladio: Jam es, inquit, in manibus meis improbe: cò te pertraxi, quò volebam. Ille veniam petere, per omnia sacra rogare, per omnes cælites obtestari, & supplicare. Frustra clamores, frustra fuerunt preces. Simon multis prius vulneribus affectum, præsertim ejus vultu (quia ipse in illo læsus) sedè lacerato, quantumvis rectum & arcanum. Nam Simon eventu inopinato deprehensus, in eadem omnino cathedrâ, totidem etiam vulneribus ante confectus, Perilli exemplo, supplicium quod excogitavit, sustinuit. O verè verissimè dictum:

Ps. 34. v. 8. Consilium malum consultori pessimum. Venit illi laqueus quem ignorabat, & captio quam abscondit, eum apprehendit.

Florimund. Raymund. l. 7. de Ortibus haresum. cap. 17. n. 2. Perrinus è Calvinii scholâ homo factiosus, ex arâ sacrum lapidem in quo Christi corpus offerri consueverat, in infamem supplicii locum, ubi rei pledebantur, transferri curavit, ut deinceps malefactorum sanguine tingeretur. Non putabat miser se primam fore victimam ad hoc altare immolandam. Sed neque hicaliter evenit: Consilium malum consultori pessimum fuit. Perrinus ad hunc ipsum lapidem capite truncatus est.

Suidas, verbo Europtus. Sic & Eutropius qui Arcadio Imperatori à cubiculis fuit, homo flagitiis coopertus, magistratus vendebat, milites calumniabatur, lenatum variis contumeliis afficiebat, eos qui in templa confugissent, comprehendi jubebat, legem incredibili supercilio dictabat, quâ illos vel ab aris abstrahere permissum esset. At ea lex promulgata est, cum pessimi consilii tyrannis suum tetigit auctorem. Nec enim multò post Eutropius, Imperatore offenso in templum confugit ad aram, sed inde suâ lege abstractus, & noctu capite plexus est. Ita Goliath suo

1. Par. c. 11. vers. 23.

A gladio perit; ita gigas Ægyptius suâ hastâ occisus est à Banaja. Ita Saul suo ense cecidit, quem Davidis jugulo toties intentavit; ita Pharaon ipse sibi pessimus consultor: Ecce populus filiorum Israël, inquit, multus & fortis nobis est. Venite, sapienter opprimamus eum. Oppressus ipse, Oceanum pro sepulchro habuit, qui ipis pane altis minabatur. Sic & Aman, ille Assueri regis oculus, suam ipsæ crucem, quam Mardochæo statuerat, suo corpore revestivit, dignissimum hac trabe funus. Exitum impendebat ab Ammane Hebræis omnibus: ferales litteræ jam valvis pendebant, jam laqueus omnium jugulis hærebant, jam machera cervicibus imminerebat. Subito Dei jussu fors vertit, & omnis in auctorem suum recidit calamitas. Crux altissima Mardochæo fixa, Amanem amplexa est. Hebræorum jam per eorum ingenti plausu. Nimirum facienti nequissimum consilium, super ipsum devolvitur, & non agnoscer unde adveniat illi.

Ita Roboam rex, spreto senum consilio, imperitos juvenes consiliarios secutus, asperitè populo respondit, & duo regna fecit ex uno, irreparabili clade.

Ita rex Hanon à pessimis consiliariis miserè infatus, jus gentium in Hebræis legatis violavit. At carò iterum temeraria hæc consulta. Nam præterquam quòd trigentes centena millia aureorum in militem expensa, idque sine ullo effectu, imò cum detrimento maximo, militum insuper octoginta septem millia ab ipsius pane occisi sunt, fugatis ceteris. In tanta mala præcipitavit florens regnum illa, ut sic dicam, consultissima temeritas.

Quid memorem Achitophelam qui Davidi regi ab arcanissimis consiliis, velut oraculum adorabatur. Ubi verò Absalonem degenerem filium pessimis consiliis armavit in patrem, sua ipsius consilia primus luit, & infami laqueo vitam abruptit. Nempe suis consiliis saturatus est. Ita propterea, qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia ejus in consilio.

An non Chaldei principes in Hebræum Daniele consilia iniquissima struxerunt? Foveam foderunt innocentem, sed eam ipsi cadaveribus suis oppleverunt; imò quod mireris, nec cadaveris quidem pars relicta est, quam carnifex unco traheret. Si vires & initium spectes consiliorum, quæ Daniele præcipitarent in leonum cavum, fatendum erit: Perit infons Daniel, jam lata est sententia, leonum dentibus lacerandus est Daniel: imò jam abripitur, ad belluas pertrahitur, præcipitatur. Sed post omnem desperationem reperit innocentia defensorum. Inter impactos leones, velut inter innoxios agnolos, tutissimus fuit Daniel: ita illædus è foveâ iterum emerit; improbi consilii factores & præcipitati, antequam solum contingerent, jam leonum dentibus hærebant. Nempe malum consilium consultori pessimum. Luculentissimè de his ipsis dictum dixeris: Lacum apprehenderunt, & effoderunt eum, & inciderunt in foveam quam fecerunt.

§. IV.

D Ari exemplo vindicata est à calumniâ Susanna pudicitia. Duo vetuli iudices, nobile par nebulonum, capitalem noxam insonti astruxerant; sed scelestissimi consilii convicti, capitale supplicium in se verterunt. Ita & hi fabri, quas fecerunt compedes, gestarunt.

Quæ non consilia in Judæos coxerat improbus rex Antiochus, jamque Hierosolymæis arcibus imminerebat, omnia in unam tumuli congeriem redacturus. O miser! tunc Palæstinæ metropolim solo es æquaturus? nec vermiculis quidem è tuomet corpore ebullientibus resistere valebis. Eadem agitarat consilia facinorosis Nicænor, in universam Iliaduram gentem. Deceverat certe nonaginta Judæos talento vendere. Sed improvisus consultor triumphum cecinit ante victoriam, cæcis fugatusque. Et tu Nicanor, fodisti foveam & incidisti in eam.

Platarchus

Plutarchus memorat: Melios populos cum solo ampliore indigerent, ex insula sterili abiisse. Nymphæo juvene coloniz ducenda prædicto. Decretum autem erat, illic habitare, Deo iubente, ubi naves, quibus veherentur, amitterent. In Cariz littora delati, naves tempestate convulsas amiserunt. Cares qui Crayllam urbem incolebant, sive illorum miserati, sive audaciam veriti, secum eos habitare jusserunt, & agri sui parte impertiverunt. Melii à Caribus tam benigne suscepti, agros sibi assignatos latis successibus coluerunt. At Cares peregrinam gentem brevi temporis spatio, nimis incrementis auctam videre, & invidere fontanam, atque de illa comprimenda cogitare: habuitque ea res feriam deliberationem. Hoc denique conducibile visum, Meliorum primores ad convivium vocatos, ubi mero incalescent, trucidare. Consilium hoc quantumvis arcanum virginem Cariam, cui Capheia nomen, non latuit. Hæc Nymphæo Meliorum duci civium suorum consilium aperuit, monuitque insidias cavere. Quocirca & Nymphæus cum suis consilium prestat, quâ ratione ficiarios in suum jugulum conductos præverterentur. Re deliberatâ convivas se stiterunt Melii, sed unâ cum uxoribus, quarum veste abdebant arma. Cena ad umbilicum perducta, tesseram dederunt Cares aggrediendis jam & obtruncandis Meliis. Nymphæus ad rei gerendâ articulum attentissimus, suos foriter jussit agere. Hic Melii gladiis uxorum fide subministratis, barbaros adorti universos interfecerunt, agros & urbe illorum potiti, à quibus interficiendi fuerat. Et hic quoque consilium malum consultoribus fuit pessimum: suis consiliis saturati sunt Cares, & ferrum quod aliorum cervicibus acuerunt, suis receperunt. Adeo nihil in sacris, nihil in profanis vulgaribus, nihil quotidianis experimentis testatur, quàm malos malis consiliis male perire. Eleganter dixit Petrus Chrylogorus: *Fremet dolositas se decepta, & in se fraus reversa colliditur. Herodes fridit, cadens ipse in laqueum, quem tetendit. In altum tendens cadit ab alto, calum pulsans intrat profundum, in se vadit qui vadit in demum.* Nemo unus facile inventus est hæcenus, qui mali consilii malum eventum non & ipse senserit. Astutos Deus apprehendit in astutiâ eorum. Optime Augustinus: *Proptus fratres mei, inquit, ita credite, ita certi estote, ita si est in vobis excellentior prudentia ratio, videre atque perspicere: nemo malus quin prius sibi ipse noceat.* Consilium malum consultori pessimum. Dicta consignans sapientissimus Ecclesiastes: *Qui fodit foream, inquit, incidit in eam, & qui dissipat seminem, mordebit eum coluber. Qui transperit legides, affligetur in eis, & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.*

A nem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjugaret imperio.

Nimirum, salus ubi multa consilia. Est enim lingua sapientum Prov. cap. 11. sanitas. Dissipantur cogitationes ubi non est consilium, vers. 14. & ubi verò sunt plures consiliiarii, confirmantur. Præclare cap. 12. v. 18. Ambrosius: *Pecunia, inquit, facile consumitur; consilia ex- Ambros. l. 3. hauriri nequeunt. Hæc usu augentur, pecunia minuitur, & c. offic. cap. 15. id desit.*

Parvi arma sunt foris, nisi consilium est domi.

Consilium autem collatum, quod in plures diffunditur, eò redundantius manet, & in suum fontem recurrit. Adeoque verissimè Joannes Sarsberienis: *Impossibile est, inquit, ut Sarsb. lib. 5. salubriter disponat principatum, qui non agit consilio sapientum.*

Consiliiarios Ducibus, Regibus, Imperatoribus, civi- Necesse est tatibus, provinciis, regnis planè necessarios esse, nemo esse consiliarius. Difficilius est qui sapiat & dubitet, quales sint necessarii, à nostro instituto alienum est fuscè disceptare. Hoc unum hic agimus, ut Consiliiariorum linguas à lubrico abducamus, firmemurque contra lapsus. Quare, ut hoc ordine faciamus, & cum veniâ vestrà, eruditissimi, nobilissimi viri, septem dumtaxat Aphorismos in medium dabimus, CONSULTRICIS linguæ directores. Non facile delinquet linguâ Consiliarius, senator, quicumque demum suator, qui septemplex hoc documentum ausus fuerit non respicere.

APHORISMVS 1. Consiliarius secreti tenacissimus Septem sit, privatæque cum aliorum principum legatis collo- functiones quia viter. pro con-

2. Consiliarius Linguam Audacem abhorreat, Modestam assumat. sultrice linguæ

3. Consiliarius tam linguam Ancipitem quàm Præcipitem summe caveat.

4. Consiliarius Linguâ pervicace careat, Constante vigeat.

5. Consiliarius Adulatoriam linguam exerceatur, sectetur Veracem.

6. Consiliarius Linguam Argenteam extremè oderit.

7. Consiliarius ante omnia Linguam habeat Liberam.

Has leges rogamus, has figimus tabulas, consiliariorum ac senatorum omnium linguis. Quàm autem hæc sanctiones, & rationi, & sapientum vocibus, & sacris voluminibus, & omnis antiquitatis consuetudini sint congruæ, nunc paulò explicatius trademus.

§. I.

APHORISMVS PRIMVS. Silere docet jubetque fidelissimâ taciturnitate secretum tueri. Principis fidelissimâ aut Republicæ consilia enuntiare, est Principem aut Republicam proderet. At res rara est inter multos, silentium. Illud hic remedium est, ut quid faciendum sit, multi judicent, quid facturus sit princeps, pauci sciant, aut nulli. Ideo tam necesse quædam consiliarios, quàm Tacitus l. 1. scire oportet. Taciturnas optimum est tutissimumque histor. administrandæ rei vinculum. Sacramentum regis abscon- Tobia c. 12. dere bonum est. Apud Persas certè in consiliorum societate vers. 7. tem nemo venit, nisi taciturnus & fidus: & è veteri eorum disciplinâ, Regum arcana cum vitæ periculo custodiebantur. Et vera vox Curtii est: *Res magna ab eo sustineri Curtius l. 4. non possunt, cui tacere grave est. Egyptii hac in re severi, qui- In Egypto bus lex erat linguam ei abscindere, qui arcana Republicæ detexisset, cum meritò dici possit proditorem se- In Egypto retorem, regnorum proditorem esse. Neque ab hoc regentium multum abest, qui privata cum aliorum principum le- Reip. erat gatis colloquia init: proditoris certè suspicionem in- abicissio. currit. Romani cruce aut rogo tale genus piaculi mul- abicissio. tarunt. Quamvis supervacanea videri potuerit hæc lex apud eos, quorum curiam sic clauserat silentium, ut non dicam unum, sed neminem audisse crederes, quod tam multorum auribus fuerat commissum. Enituit hac in re Valerius l. 3. virtus Pompeji, qui dum legationis officio fungeretur, cap. 3. à Cæcio rege interceptus, cum senatus consilia prodere jubetur,*

CAPVT IX.

Cæsariorum, Regiorum, Principalium; omnium denique sacrorum & politicorum senatorum ac Consiliiariorum CONSULTRIX Linguæ formatur, firmaturque contra lapsus.

Miror equidem vehementer Assuerum potentissimum regem adeo dominum iræ fuisse, ut licet gravissimè in reginam Vasthæ excandesceret, in eam tamen non prius animadverterit, quàm procerum suorum sententiam exquisisset. Luculentè sacer scriptor: *Iratus rex, inquit, & nimio furore succensus, interrogavit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges ac jura majorum. Sed & Nabuchodonosorem miror turgidissimi supercilii monarcham, deliberatum sibi bellum non antè cœpisse, quàm consiliarios omnes, ducisque bellicos super eâ re consultantes audisset. Nam, quod sacra pagina testatur, Vocavit omnes majores natu, omnesque duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilii sui, dixitque cogitationes illorum.*